



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum episcopatus sit ordo? 5

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

potestatem episcopalem,† quantum ad actum secundarium sacerdotis, non autem quantum ad pri-
mem.

Ad primum ergo dicendum, quod Aaron sacerdos fuit, & pontifex, id est, sacerdotum princeps. Sumpit ergo sacerdotalis potestas ab ipso exordium in quantum fuit sacerdos sacrificia offerens: quod etiam minoribus sacerdotibus licebat: sed non ab eo in quantum fuit pontifex, per quam potestatem poterat aliqua facere, ut ingredi semel in anno Sancta Sanctorum, quæ alijs non licebat.

Ad secundum dicendum, quod quantum ad illum in quantum non est aliqua potestas superior, sed quantum ad alium, ut dictum est*.

Ad tertium dicendum, quod sicut omnium rerum naturalium perfectiones praexistunt exemplariter in Deo, ita Christus fuit exemplar omnium officiorum ecclesiasticorum. Vnde unusquisque minister Ecclesie, quantum ad aliquid, gerit typum Christi, ut ex littera patet: * & tamen ille est superior qui secundum maiorem perfectionem Christum representat. Sacerdos autem representat Christum in hoc quod per seipsum aliquod ministerium impletuit: sed Episcopus in hoc quod alios ministros induxit, & Ecclesiam fundavit. Vnde ad Episcopum pertinet mancipare aliquid diuinis officijs, quasi colum diuinum ad similitudinem Christi statuens: de proper hoc etiam Episcopus specialiter sponsus Ecclesie dicitur, sicut & Christus.

ARTIC. V.

Virum Episcopatus fit ordo?

Ad quintum sic proceditur. Videtur, quod Episcopatus fit ordo. Primo, per hoc quod † Dionysius assignat hos tres ordines ecclesiasticae hierarchia, episcopum, sacerdorem, & ministrum. * In litteram dicitur quod est ordo Episcoporum quadruplicatus.

¶ Praterea, Ordo nihil aliud est; quam quidam Y 2 potestatis

Epiph.
hæresi75. con-
tra Ae-
rium, &
Aug. de
hæresi-
bus adQuod
vult De-
um, hære-
si 53. 10.
G.

Ad Heb.

9.
In cor.
arti.Dist. 24.
tib. 4. 5.
tent. per
totæ dis-

167.

† c. 5. Ec-
hierar.

p. 1.

* Lib. 4.
sent. dis.

24 para.

M.

c. clerics

dis. 21.

potestatis gradus in spiritualibus dispensandis. Sed Episcopi possunt dispensare aliqua sacramenta, qua non possunt sacerdotes, sicut confirmationem & ordinem. Ergo episcopatus est ordo.

T 3 Præterea, In Ecclesia non est aliqua spiritu-
lis potestas nisi ordinis vel iurisdictionis. Sed ea
qua pertinent ad episcopalem potestatem, non sunt
iurisdictionis: alias possent committi non Episco-
po, quod falsum est. Ergo sunt potestatis ordi-
nis. Ergo Episcopus habet aliquem ordinem, quem
non habet sacerdos simplex: & sic episcopus
est ordo.

S E D contra est, quod unus ordo non dependet
a præcedenti, quantum ad necessitatem sacramen-
torum. Sed episcopalis potestas dependeret a sacerdotali: quia
nullus potest recipere episcopalem potestatem, ne-
si prius habeat sacerdotalem. Ergo episcopatus non
est ordo.

Leo pap. **T** 3 Præterea, Maiores ordines non conferuntur nisi
I. epis 79. in sabbathis. Sed episcopalis potestas traditur in
G est ad dominicis. Ergo non est ordo.

Dioscor. R E S P O N D E O dicendum, quid ordo po-
Alexad. test accipi dupliciter. Uno modo secundum quod
G in De- est sacramentum: & sic, ut prius dictum est*, co-
cretal. li. dinatur omnis ordo ad Eucharistie sacramentum.

I. tit. 11. Vnde cum Episcopus non habeat potestatem super
q 37. ar. riorem sacerdote, quantum ad hoc episcopatum
2. cor. ad non erit ordo. Alio modo potest considerari ordo
I. G ar. secundum quod est officium quoddam respectu
4. corp. rumdam actionum sacrarum: & sic cum Episcopus
habeat potestatem in actionibus hierarchicis respe-
ctu corporis mystici supra sacerdotem, episcopus
erit ordo: & secundum hoc loquuntur auctoritates
*** In arg.** inducæ*.

G. Vnde patet solutio Ad primum.

Ad secundum dicendum, quod ordo prout est
sacramentum imprimens characterem, ordinatur spe-
cialiter ad sacramentum Eucharistie, in quo ipse
Chri-

QVÆST. XL. ART. V.

341

Christus continetur, quia per characterem ipsi Christo configuramur: & ideò licet detur aliqua potestas spiritualis episcopo in sui promotione respectu aliquorum sacramentorum, non tamen illa potestas habet rationem characteris: & propter hoc episcopatu non est ordo, secundum quod ordo est sacramentum quoddam.

Ad tertium dicendum, quod potestas episcopalis non est tantum iurisdictionis, sed etiani ordinis, ut ex dictis patet*: secundum quod ordo communiter accipitur.

ARTIC. VI.

Vtrum supra Episcopos possit esse aliquis superior in Ecclesia?

*In co. 8.
et ar pra
ced. corp.*

AD sextum sic proceditur. Videtur, quod supra Episcopos non possit esse aliquis superior in Ecclesia. Quia omnes Episcopi sunt Apostolorum successores. Sed potestas quæ est data vni Apostolorum, scilicet Petro, Marc. 16. est data omnibus Apostolis, Ioan. 20. Ergo omnes Episcopi sunt pares, & unus non est supra alium.

Si Præterea, Ritus Ecclesiæ magis debet esse conformis ritui Iudæorum, quam ritui Gentilium. Sed distinctio episcopalis dignitatis, & ordinatio eius supra alium (vt in littera dicitur †) est à Generationibus introducta: in veteri autem lege non erat. Ergo nec in ecclesia Episcopus unus super alium debet.

Illi Præterea, * Superior potestas non potest cōveniri per inferiorem, neque æqualis per aqualem: quia sine villa contradictione, quod minus est, à maiori benedicitur, Hebr. 7. unde etiā sacerdos nō promouere Episcopum neque sacerdotem, sed Episcopus sacerdotem. Sed Episcopus potest quemlibet Episcopum promouere: quia etiam Holtiensis Episcopus conferens Papam. Ergo episcopalis dignitas in omnibus est æqualis: & sic unus Episcopus non debet alij habuisse, vt in littera dicitur †.

168

*+ Lib. 4.
Sent. dif.
24. §. M.*

**Decr. d.
21. c. 7.*

*+ Lib. 4.
Sæc. d. 24.
§ M.*

Y 3 SED